modicum fermentum totam massam corrumpit et levis curat magnam medicina languorem. Oportet igitur nos esse principales et iudices et offendentes expedit dure punire ut initium non sumant nos offendere presumentes. Recomendamus ergo vobis carocium presens cui sicut decet membra capiti deservire et invicem patrocinantes in bello et similis uno et in eodem tantum super victoria conferentes non cogitetis de recessu nisi Raynerio Ubertini viro nobili absoluto et nobis de offensis integre satisfacto.

Processerunt itaque florentini et venientes prope civitatem castra locaverunt non multis diebus elapsis de carcere supradictum nobilem extraentes. Reversi sunt itaque cum gaudio de victoria ob pietatem et bonam famam civitati parentes. Anno millesimo